



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Methodus S. Ignatii De Loyola Ducens Animam ad Perfectionem per Exercitia Spiritualia

Vatier, Antoine

Dilingæ, 1689

III. De Amore Dei hominibus spiritualibus proprio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60263](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60263)

singularem itidem familiaritatem, quâ ipsa
cum rebus omnibus ad æternam Patriam perti-
nentibus conjungit, & per ipsam etiam compati-
ris, quam aliquando indulgere solet, gloriam

Colloquium fiet: rogando Benignissimum
Salvatorem nostrum, ut efficacibus auxiliis
adjuvet, ut ad ea, quæ amantissimus Deus
ster nobis desiderat, bona constanter nos
namus.

*Ad Meditationem de amore DEI
hominibus Spiritualibus proprio.*

Ita nuncupari potest ultima illa contem-
platio, quam S. Ignacius institui voluit, ad ex-
tandum in nobis spiritualem amorem, hoc est
ad comparandam DEUM perfectè diligendâ
tionem.

Quamvis enim omnis DEI amor
ritualis sit, utpote actus ab anima elicitus,
proprius Voluntatis, quæ, cum spiritualis
potentia, non nisi spirituales producit actus.
iste tamen, de quo modò sermo erit, peculiaris
quodam jure *Spiritualis amor* dicitur; utpote
qui talis sit, ut non inveniatur facile, nisi in
hominibus planè spiritualibus, hoc est, omni-
vitæ suæ rationes secundùm Divini Spiritus
instinctus instituentibus.

Hi ergo soli illi sunt, quibus præcipuè
invenit amor ille, quem docere nos statuit S.
patius hujus meditationis operâ. In qua in-
terius rationem nobis ostendit, quâ DEUM
in nobis & in omni alia re creata agnosca-
mus, cum totidem, qui ad amorem nos obli-
gunt, titulis, quot modos infrâ adnumerabimus,
nobis Bonitatem ille suam amorémque potest
indulgere. Et per consequens docet nos, quo
modo, & ex nobis, & ex omnibus creaturis
eam capiamus, amandi DEUM nostrum, ita
ut nulla earum in oculos nobis incidat, ex qua
non illico in DEUM assurgamus, cognoscendo
Iesum, in Eoque per sincerissimum amorem
secundè quiescendo.

Sanè secundæ & tertiæ hebdomadis Exer-
citiis satis ostenderunt, quis materialis quodam-
modo creaturarum usus & præceptus nobis &
prohibitus, & Divinis insuper monitis consul-
ta sit, & satis utique fortibus illis motivis in-
structi fuimus, quibus disceremus, secundùm
istæ rationis leges in hoc negotio nos gerere.
Supererat tamen, ut & illa adderetur instru-
ctio, qua ad usum quemdam earundem rerum
spiritualem informaremur, quatenus nimi-
um occasionem inde liceret accipere, præstan-
tibus in DEUM amoris actibus evolandi. Id

O o s quod

quod præsens meditatio quàm peritissimè præverbificat, quæ facit, ut creata omnia, eo modo & modo tueamur, & amemus, quo ea Beati in Paradiso Cœlites & videre solent, & amare.

Necessaria, inquam, erat huiusmodi disciplina. Cùm enim homo Viator, à malis habitibus abstinere non possit, & longè adhuc ab eisdem oculis identidem obversentur, in quibus ut, quemadmodum multa tam sunt excelsa, ut amorem planè aliquem mereantur, frequentissimè eos in humana mente huiusmodi creaturæ excitent, qui minis præutiles ei essent, utpote quiescenti in creaturæ amore, & neque cogitationem neque rem sublimiùs elevanti.

Qua propter necesse omnino fuit, ut meditationis huius beneficio infinitas Dei nobilitates, & in nobis, & in omnibus creaturis, disceremus agnoscere, atque ita vel intellectum vel affectum rebus ingere, ut non ad Creatoris inde Bonitatem infinitam Excellentiam adorandam

Quod S. Ignatius in meditationis qualitate præmonet, amorem scilicet potius ex verbis, quàm ex verbis comprobari, hoc diligendum est; quòd verus & ingenius manifestiùs ex operibus cognosci possit,

verbis. Inde concludit, quòd cùm DEUS in
fectu tam evidentia sui erga me amoris signa
derit, ego sanè, ut meum ipsi amorem red-
am, contentus esse non debeam officiosâ solum
verborum pompâ, sed ad rem ipsam venire de-
am, & donare DEO meo, quidquid quo-
modo meum est, quandoquidem ipse infi-
ones plura ex bonis suis mihi concessit, & resti-
tuitur, inquit, tanquam amoris ejus munera, quidquid
ant excedat, ego ipsi ex rebus meis restituo.

Divisio punctorum in hac meditatione talis
est. Primò oportet cognoscere, & amare
DEUM in nobis ipsis. Secundò in naturali es-
sentiâ aliarum Creaturarum. Tertiò in harum
operationibus, & denique in earundem perfe-
ctionibus, si quas habent excellentiores, & magis
communes, quales sunt potentia, scientia, san-
ctitas & similes alia. In hoc porrò quarto
puncto sub nomine Potentiæ non comprehen-
ditur Physica quædam qualitas, quæ naturæ
aut speciei naturaliter convenit, ut igni
vel luci propria est illuminandi & calefaciendi
virtus; hæc enim aliæque ejusmodi, si earum in-
ter est aliqua, ad primum punctum pertinet:
potentiæ igitur nomine in hoc quarto puncto
moralis quædam perfectio intelligitur, qualis
est Regum, Principum, Prælatorum & Magi-
stratum

stratum potentia. Et quamvis hæc motus
 Potentia ad primum punctum pertinere possit
 si ut in nobis existens consideretur, tamen
 ex humilitatis consilio potius eam in aliis
 consideramus, rectius in quartum hoc punctum
 reuocatur, in quo proponuntur Divinæ Boni-
 tatis collatæ in creaturas suas dotes, & decora-
 rum quidem est, reduci ad primum punctum
 posse, quidquid quodammodo ad spirituum
 profectum conducit, atque ad eò potentia, san-
 ctitas aliorum, quæ multum ad primum
 punctum hunc servire solent, ad primum punctum
 pertinerent: si tamen illas ipsas perfectio-
 absolute & in se ipsis, prout sunt Divinæ Potentia,
 Sapientia, & Sanctitatis imagines, contem-
 plumur, sanè longè convenientissime ad quatum
 & postremum punctum differuntur.

Aliud adhuc est, quod monere debeo, ad
 primum punctum pertinet: quanta nimirum
 nostra sit erga DEUM Conditorum nostrum
 gratitudo, utpote qui post recepta ab Eius
 terna manu bona, multitudine & præfusa
 infinita, illam tamen voluntatis erga ipsam
 teneritudinem & affectum nequaquam habere
 mus, quem haberemus erga creaturam quam
 habet, utcunque parè erga nos liberalem. Consideremus
 si quis homo deperditum vel oculorum vel

num. hze mot
trine po
tamen
in aliis
noc pun
inz Bon
& deco
um pun
d spirit
rentia, f
m ad p
m pun
perfe
vinae P
nes, con
imè ad
neur.
beo, &
ta nim
nostrum
ab Eju
prati
erga ip
am hui
m quon
m. Cete
im vel p
rim

num usum nobis restitisset, & idem in dies
occasionem nobis suggereret secum tractandi;
neque cogitare facile de illo, neque illum in-
viri possemus sine tenerrima obligationis no-
te, quâ ipsi devincti essemus, memoriâ, & si-
efficaci desiderio, quidquid à nobis petiturus
est, officioso studio confestim exequendi.
Age jam, & metiamur, si placet, ad hanc nor-
mam infinitum DEI erga nos amorem, & con-
fidamus postmodum, quàm tenerum affe-
ctum, quàm robustum amorem, quàm impen-
sam eidem placendi desiderium deceat nos ha-
bere, qui momentis omnino singulis ab ipso
recipimus, esse, vivere, sentire, operari, & quid-
quid bonorum naturalium in nobis est; ipse sa-
vit, qui vitam mihi, & sanitatem conservat.
Ipse, qui ex infinito mei amore, diu noctuque
curam largitur, quam hauriens pulmones & pe-
ctus refrigerem; Ipse, qui perenni curâ ratio-
nis usum, exteriorum, interiorumque sensu-
um, voluntatis, appetituum sensitivorum, &
omnis motricis potentiae ministerium mihi
conservat: & nihilominus, cum corporeis ocu-
lis tantum hunc largitorem meum non vide-
m, facillimè etiam post tantum beneficiorum
nummerum ejusdem penitus obliviscor. O stu-
piditatem animi incredibilem! Ô ingratitude-
in-

intollerabilem! ò miserandâ anime solâ
suum ductui semet permittentis exortatam.

Ultima Veritas,

*Explicata in meditatione de amore DEI,
minibus spiritualibus propriò.*

Terra cum omnibus creaturis suis nihil
oberit, quin & ad DEVM quotidie tendat
ciet. Ita cum profectus in virtute par sit
gratiarum, quas DEVS concedet, amplius
perfectè Conditori meo placebo, & gloriosius
bus ad felicissimam cum ipso unionem per
qui solus est summum & unicum bonum

Quæ in decima quarta veritate fuit
thesis, ea & in hac postrema includitur. Est
unum utriusque fundamentum sit, patet
utraque consequentiæ necessitas.

I. PUNCTUM. Docet, quo pacto DEVS
nos Bonitatem ex nobismet ipsis debeamus
gnosceret, & ad illum per nos ipsos ascendet
veri amoris operâ: ex quo fit, ut ipsa de
met cogitatio ad profectum in virtute nos
jutura sit.

II. PUNCTUM. Docet animam in DEO
evolare, ex aliis creaturis, & ab illis ad Con
toris amorem erigi, atque ita ex omnibus
virtutis studio proficere.

III. PUNCTUM. Ostendit, qua ratione ex
creaturarum actionibus elevari debeat ad
DEUM animus, & in ejus amore crescere.

IV. PUNCTUM. Declarat, quomodo id, quod
in creaturis apparet esse quàm nobilissimum, in
DEUM erigere debeat animum, atque adeò, quæ
in creaturis ex mira pulchritudine & perfectione
creaturarum fabricandi nobis scalam ad DEUM
Conditoris pulchritudinem contemplandam,
mediâque comparandi ad magnos in virtute
progressus faciendos. Nam, ut paucis hoc di-
cam, quemadmodum ex potentia Creatura-
rum, ad contemplandam Creatoris poten-
tiam assurgimus, ita ex pulchritudine & am-
plitate creaturæ ad Creatoris pulchritudinem,
et dignitatem, & quamvis aliam Perfectio-
nem, tanquam creatorum decorum immorta-
lem radicem, fontemque perennem animum
erigere possumus, ac debemus. Unde fiet, ut,
quod lethale videbatur venenum, in excellens
virtutis alimentum cedat. Atque hæc tandem
est ratio, perfectè in hac terra vivendi, ut non
impediatis solum, quò minùs, creaturis in di-
versum avocantibus, DEO te perfectè non sub-
mittas, ut potiùs ex illis magnum ad virtutem
et molumentum capturus sis.

Quæ omnia, cum ita se habeant, facilè jam
in-

intelligis, quomodo terra, hoc est, vita, quam peregrinus in hac terra ducis, & ad Cœlestem Patriam tendis, inter varias peccatorum & imperfectionum occasiones, animæ ab omni amore liberæ, sibi que perfectè mortuæ, non planè noceat, sed potius ad DEUM eam pergere magnis & quotidianis passibus faciat. Cùmque nulla jam ex parte, quin identè proficiat, impeditenti aliquid patiat, tantùm illa in perfectione crescat, quantum incrementi subministrati à DEO favores capere futuri sunt, atque ita perget, non cursu solido sed volatu perniciosissimo ad felicissimam cum DEO summo bono suo Unionem.

Meditatio.

Ad amorem spirituale in nobis excitandum.

Oratio præparatoria ordinaria.

I. PRÆLUDIUM. Collocabo me in conspectu DEI, & totius Cœlestis Curie, tanquam mihi propitia.

II. PRÆLUDIUM. Petam à DEO gratiam, quâ cognoscam, quanta sit Creatoris mei in me, & in omnibus creaturis erga me charitas, ut

ita penetrem, ut, cum intelligam omni genere beneficiorum intra, & extra me à Divina bonitate me donatum, amore deinceps serio & memori tantarum gratiarum, infinitæ Bonitatis suæ reddam, quidquid mihi largita est: neque utar amplius aut me, aut ullâ quapiam creaturâ, nisi ad infiniti hujus amoris gloriam, & creata omnia unicè ad tantæ Majestatis honorem referens.

I. P U N C T U M.

In me ipso causas infinitas habeo cognoscendi & amandi Divinam Bonitatem.

Consideranda.

Cognoscere DEUM in me ipso studebo, considerato principio, & fine meo, nec non mediis, quæ ad hunc obtinendum mihi suppetunt. Sub principij nomine DEUM Creatorem, & Conservatorem meum cognosco. Dum finem considero, eundem intelligo ad Cœlestem gloriam invitantem. In mediis agnosco numerum innumerabilem gratiarum, quibus ad eundem idem optimus maximus Creator meum me vult perducere, præter omnium creaturarum

P p

rarum

rarum, quas liberalissimè mihi indulget, ubi
 Redemit sanè me, vocavit, justificavit, posuit
 hoc statu Ecclesiastico, Religioso, aut Christiano
 saltem hominis, in quo tot quotidie subtra-
 hat mihi salutis instrumenta. Gratiam in-
 per, ut spero, suam mihi largitur tam ad
 submissis illustrationibus, & sanctis animi
 tibus, quàm habitualem & sanctificantem,
 res alias, quæ tanquam instrumenta ad utram-
 que, modò velim, obrinendam aptissimè ser-
 unt: ut est Sacramentorum usus, virtutum
 exercitatio, Sanctorum Cœlitum præsentia
 homines, qui ad bonum me incitant, libri
 rituales, dies Religiosis actibus sacri, loca
 pietatem animum moventia, & si quid est
 hujusce generis. Denique quidquid possideo
 ipso est, quidquid boni spero, & habere possim
 habere non possum, nisi à ditissima ejus manu

Magna sunt hæc dona, si memet intuear, et
 magno ad salutem adjumento sunt; sed longe
 adhuc majora sunt, si amorem, ex quo proveni-
 unt, considerem. Apparet hæc amoris magni-
 tudo imprimis ex ipsa doni magnitudine: quæ
 enim excellens est, quod offert benignissimus
 Conditor, cum naturæ, Vitæ, Beatitudinis
 participem me facit, gratiam & gloriam
 suam largiens? secundò quàm excellens est me
 dūm

per quod tanti boni me participem facit,
humanam carnem DEUS induit, ut vivat,
inoriatur pro me; & omnem meritum
Humanitatis suæ thesaurum mihi
offerat, quo comparem mihi, ad quam me vocat
similitudinem? Tertiò denique non est qualis-
vis amor, sed amicitia planè sinceris-

Affectus.

1. Ingenuè fateri, quàm arctè obligatus
illi per amorem totum me committere, qui,
quid habeo, & semet insuper ipsum, ex
amore mihi dedit, & dare paratus est. 2. Con-
siderare, quàm ratione totum me illi possim tra-
ctare. 3. Desiderium faciendi, ad propagandam
Gloriam, quidquid virium mearum erit.
Offerre illi, quidquid libertatis habeo, &
quidquid dispositioni atque usui meo subest,
memoriam, intellectum, voluntatem, exter-
nos internosque sensus, appetitum concupisci-
bilem, irascibilem, potentiam motivam, Vi-
um, & esse meum; rogando ipsum, ut me vel
nilhilum meum, si ita Divinæ suæ Gloriæ ser-
vire possim, reducat, unde, cum creavit, eduxit.
Eternùm creatis bonis omnibus valedicere,
quantum ad DEI mei amorem & servitium
mihi conductura sunt,

II. PUNCTUM.

Cum in omnibus creaturis DEUM
ejusq; erga me amorem videam, omnia
me commonent, ut Creatorem
diligam.

Consideranda.

Exibo ex me ipso, & considerabo, quid
extra me in universo est, DEUMq; cognoscam
in naturali essentia rerum omniū, sive Corporum
sint, sive Spiritus, viva, vel inanima, &c. Cuius
enim omne creatum esse non sit, nisi tenuis
dam Divinæ essentiæ participatio, necesse est
DEUS sit in rebus omnibus, producens illas,
conservans identidem, suasque pro singulari
exigentia, perfectiones illis impertiens. In
mentis & mixtis inanimatis dat, ut sint; in
tis, ut sint & vivant; bestiis insuper, ut sentiant
homini, ut sit, vivat, sentiat, & ratiocinetur,
lectis in unum, quotquot in cæteras creaturas
dispersit, favoribus.

Affectus.

1. Quidquid extra me in rebus creatis
ro, elevabo ab illo in DEUM mentem
tanquam illum, quem ut Conservatorem
um, quævis mihi creata res exhibet. 2. Laudo

& amabo Infinitam DEI mei Pulchritudinem, & Bonitatem, quoties ea menti occurrerem. 3. Contemplabor, & venerabor amorem illum, quo producit Creaturam suam, & pro naturæ ejusdem indigentia perficit. 4. Considerabo & amabo DEUM, hunc amorem mihi, & fortassis amplius aliquid, quàm creaturæ huic impendentem. 5. Contemplabor & amabo laborantem meî gratiâ, cùm bene huic creaturæ suæ facit, quandoquidem totus quodammodo mundus mihi factus est, & mihi conservatur. 6. Studebo, ne quam ex Creaturis, quæ omnes ex amore mihi donatæ sunt, aliter quàm ex amore, & ad dantis Gloriam impendam.

III. PUNCTUM.

Operatio creaturæ DEI amorem mihi exhibet, & ut pro Creatoris amore laborem, me obligat.

Consideranda.

Contemplabor DEUM in omnibus creaturis suis operantem. Cùm enim omnis creaturarum actio, quædam DEI ad extra operantis participatio sit, necesse est, ut quidquid opera-

etur natura, illius motus prima origo Deus
 movens illam ad hoc ut agat. Qua in re
 tam nobis Bonitatem suam ostendit, quã
 solum voluit, ut essent creaturæ, sed & ut
 ni concursus ministerio innatas sibi perfectio-
 nes in res etiam alias possent effundere.

Affectus.

1. Cum operari quamdam creaturam
 dero, ad Dei primi motoris contemplationem
 erigar. 2. Videns eum, qui sic agit, infinitum
 factum, amabo illum, & in Pulchritudinis
 amabilissimæ abyssum totum me immergam.
 3. Considerabo infinitam hanc Bonitatem,
 extra se effundentem per actionem hanc, in
 creaturæ suæ dignatur cooperari, ut suis
 perfectionibus ornet, & bene illi collaborem
 faciat. 4. Considerabo & amabo eandem
 Bonitatem, idem mihi, quod creaturæ illi
 fortasse amplius facientem. Considerabo
 amabo illam, ut quæ propter me cum
 creatura sua dignetur laborare, quandoque
 dem certo quodam modo, quidquid agit Deus
 agit propter me, & etiamnum laborat in
 bus propter me, ut multiplici nimirum modo
 ex essentia, operatione, & perfectione crea-
 turarum in amore Creatoris mei possim partici-
 cere. 5. Has ergo Creaturarum actiones, quæ

in infinito mei amore proveniunt, nunquam
ego cum amoris detrimento in usum meum
convertam, sed faciam, ut quidquid agunt
creaturæ, id Creatrici & motrici infinitæ Bo-
nitati serviat.

IV. P U N C T U M.

Excellentissimæ creaturarum Præroga-
tivæ animum ad D E I amorem
erigunt.

Consideranda.

Contemplabor DEUM in omnibus illis no-
bilioribus humanæ naturæ perfectionibus, quæ
tamen non nisi certis quibusdam Personis con-
veniunt: quales sunt: Potentia, Dignitas, aut
auctoritas, Sapientia, Prudentia, Sanctitas, Ju-
stitia, & quævis alia humana perfectio in se
finita & limitata. Cùm enim omnes hæ Præro-
gativæ sint tenues quædam guttulæ ex immenso
illo Divinarum Perfectionum mari, & Divinæ
Sapientię, Potentię, atque sanctitatis imagines,
necesse profectò est, ut infinito Conditori no-
stro omnis debeatur Reverentia, tanquam illi,
sub cujus plenissimo dominatu omnis iste the-
saurus versatur. Ipse enim est, à quo omnis po-
tentia,

restas, ipse, à quo omnis Bonitas & Sapientia
 creaturas eo fine derivatur, ut ornentur Divina
 his dotibus, & perfectiores identidem redde-
 tur. Ita quidquid DEUS in hoc negotio facit
 ex amore fit, & ideo velut objectum in sui
 gine, causa in effectu, sol in mundi illustri-
 amœnitate cognoscitur; ita in his creatur-
 rum ornamentis una & Divinæ mentis infini-
 ta amœnitas, & amoris, qui hæc creaturis com-
 municat, magnitudo apparet.

Affectus.

1. Cùm videro in Creatura ex his Perfectionibus aliquam, ad DEUM elevabor, & inven-
 quam primam illius originem. 2. Demergam
 me in immensam Divinarum Perfectionum
 abyssum, & illas, quoad poterò, ammirabo.
 3. Contemplabor, & amabo Infinitum Divinæ
 Bonitatis amorem, qui prima origo est commu-
 nicatorum tot humano generi Divinarum Per-
 decorum. 4. Quid faciat mihi, aut velit facere
 simile, prout creaturæ, quam potentem, sapientem,
 tem, &c. admiror, considerabo; & amabo magni-
 ficam Bonitatem. 5. Considerabo & amabo
 illam, utpote quæ ex amore meæ & huic crea-
 turæ se indulget, & plures alias ex eodem amore
 Divinarum Perfectionum suarum vult participari
 pes facere. 6. Firmiter decernam non uti veli-

telate, vel sapientiâ aut sanctitate cuiuspiam
naturæ, quàm ad amoris augmentum, quem
debeo, qui ex amore tanta homini ornamen-

Hinc disco, quòd desiderare non debeam sive
gratiæ, aut gloriæ bonum ullum,
prout ad amplificandam DEI Conditoris
gloriam conducens est: Hic unus esse fi-
debet, in quem omnem meum, & naturalium
perfectionum mearum usum, omnem authorita-
tem, scientiam, & omnem, quam DEUS meus
conferre mihi dignabitur, sanctitatem oportebit
convertere.

Colloquium fiet ad Sanctissimam Trinita-
tem; Cui gratias imprimis agam pro tantis
muneribus, & beneficiis, quæ vel immediatè per
ipsam, vel mediatè per alias creaturas mihi
contulit. Gratiam deinde flagitabo, quâ discam
unicum hunc usum illas convertere, ut ad
mandum ex toto corde meo Benignissimum
DEUM, & Creatorem meum mihi serviant.

Compendium Meditationis

De Amore Spirituali.

Oratio præparatoria.

I. PRÆLUDIUM. Coram DEO, San-
ctisque omnibus tanquam mihi propitiis stare
mihi videbor.

Pp 5

II. PRÆ-

II. PRÆLUDIUM. Gratiā flagitabo appē-
scendi Divinā erga me liberalitatem, eamque
seriō diligendi.

I. PUNCTUM. DEUM cognoscā in con-
sideratione Principij & finis mei, item meo-
rum, quæ liberalissimus illius amor mihi
cum obtinendum subministrat.

II. PUNCTUM. Contemplabor DEUM,
omnibus creaturis, quæ non sunt aliud, quod
levis quædam Divini esse participatio, ex
to amore nata.

III. PUNCTUM. Ex creaturarum operatio-
bus Eundem cognoscā; hæ enim sunt ad
Divinæ participatio ex infinito amore procedens.

IV. Considerabo DEUM in omnibus
fectionibus, solum communibus humani-
neri. Sunt enim illæ, imperfectæ quædam
nes incomprehensibilis Bonitatis, à qua
nant infinito Conditoris nostri erga nos amor.

Colloquium fiet cum Sanctissima Trinitate
agendo ei gratias pro omnibus bonis mihi
pensis, & pro amore, ex quo illa omnia procedunt;
rogabo itidē, ut deinceps omnis me creatura
ra ad amandū ipsum ex toto corde meo incipiat.

XXI. ANNOTATIO.

Reflexio supra meditationem de amore spirituali.

Ultra perfectionem illam, quam S. Ignatius, &c.